



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll F1 [previously E1] (recto)

[Thursday] 15 Dec 1519

Dullewyche Visus Franci plegii Cum Curia ibidem tenta xv die Decembris Anno regni Regis Henrici viij^o xj^o

Xxx Xxx Constabularius ibidem presentat quod Johannes Webster quia insultum fecit in Johannem Wylkokes cum Uno

?baculo ad valenciam iij d & Super eum extraxit Sanguinem ideo ipse in misericordia c-----xij d.

E.1.

Decennarii ibidem Henricus Dove & Robertus Edalle reddunt domino de communie fine de certo ad hanc diem c----- iij s.
communis finis

Tastator servicie Johannes Dawborne presentat quod Johannes Cassyngar est communis tippularius ideo ipse in misericordia c--- ij d. et Johannes misericordie Dove est communis brasiator ideo ipse in misericordia c-----vj d.

xij ^{cem} pro Rege	Ricardus Lane	} Jurati	Henricus Ode	} Jurati	Wallterus Davy	} Jurati
	Henricus Knyghte		Johannes Webster Junior		Johannes Cassyngar	
	Johannes Dove Senior		Johannes Willcokes		Ricardus Olyver	
	Johannes Dove Junior		Edwardus Hunte		Michaelle Cassyngar	
				Ricardus Fresby		

Et presentant quod Nicholaus Skirbigge quia abduxit brueras extra communiem domini sine licencia ideo ipse in misericordia c---iij d.
& ulterius presentant quod Willelmus Barkwith pro consimili ideo ipse in misericordia xij d. et quod Robertus Draper facit consimiliter



& ipse in misericordia iij d. & quilibet eorum habent penam non amplius ita faciendi quilibet eorum sub pena xl d.

noⁿ
misericordia viij d.

Et ulterius presentant quod Johannes Wilcokes quia succidit duos quercos in terras dominicalis ideo ipse in misericordia---viij d. et quod Thomas Henley quia obstupat Viam que ducit usque le pynfold & habet penam ad proiacendo sub pena xl d. Item presentant quod omnes tenentes huius manerij nondum permittent porcos suos ire inanulatos quilibet eorum sub pena c---xij d.

Extrahure
noⁿ

Item presentant quod unus equus coloris albis precij vjs. viijd. & est in Custodia Johanni Willcokes & ulterius presentant quod unus aper est in custodia Johanni Wilcokes precij XX d. ventus in dominium istud ut extrahura annum integrum

consuetudo

Ad istam Curiam veniunt Ricardus Lane Henricus Dove Walterus Davy Johannes Cassyngar Robertus Edalle Edwardus Hunte Johannes Dove Senior Johannes Wilcokes Ricardus Fresby Ricardus Olyver Michaell Cassyngar Johannes Heryngeman & Johannes Webster quia habent bona et Cattalla ad valenciam ij s. vj d. & dant domino de antiquo consuetudine vocato Rumpens quilibet eorum j d.

Elleccio

Ellegerunt Henricum Dove in officium Constabularii

Elleccio

Elegerrunt Robertum Edalle & Ricardum Olyver in officium Decennariorum

Modo de Curria[sic] de Baronis

Finis vj s viij d.

Ad istam Curiam venit Willelmus Challynere filius & heres Agnetis Challyner & petit se admitti ad septem acras terre vocatas Gonnelles londes & nichill nichill accidit domino de herieto quia non est

heritabilis cui dominus per Senes^{hc}allum concessit ei inde sseisinam habendum & tenendum sibi heredibus & assignatibus suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem manerij per redditus & servicia inde debita & de iure consueta & fecit domino fidelitatem & Sic admissus est tenens & dat domino pro fine pro tale ingressu inde habendo ~~vj s. viij d.~~ vj s. viij d.

& heres
Finis ----xx s. Ad istam Curiam venit Edwardus Hunte filius \wedge Guidonis Hunte & petit se admitti ad unum tenementum et decem acras terre que nuper fuit Bernardi Johns & postea Guidonis Hunte prout patet per Rotulam Curiae gerens datum ^{anno} \wedge xix^o Henrici vij^o [i.e. 22/8/1503 – 22/8/1504] qui quidem Edwardus presens est in Curia Cui dominus per Senescal^{lum} concessit ei inde sseisinam habendum & tenendum predictum tenementum & cetera premissa cum omnibus suis pertinenciis sibi & heredibus & ~~a assignatibus~~ de corpore suo legitime procreatis & pro deffectu talis exitus remanerus inde Henrico Hunte secundo filio ipsius Guidonis & heredibus de corpore suo legitime procreatis & pro deffectu talis exitus remanerus inde Willelmo Hunte tercio filio ipsius Guidonis & heredibus de corpore suo legitime procreatis & pro deffectu talis exitus remanerus inde rectis heredibus ipsius Edwardi ~~iperm~~ imperpetuum modo & forma predicta Cui dominus per Senescal^{lum} concessit ei inde sseisinam ~~eidem Edwardo et~~ Habendum et tenendum predictum tenementum & cetera premissa cum suis pertinenciis prefato Edwardo & heredibus suis in forma predicta ad voluntatem domini secundum consuetudinem manerij per redditus & servicia inde debita & de iure consueta & fecit domino fidelitatem & Sic admissus est tenens & dat domino pro fine pro tale ingressu inde habendo c---XX s. unde soulvit c--xiiij s. iij d. & debet ^{passche} soulvere ad festum \wedge proxima futurum post datum presencem c----vj s. viij d. & predictus Edwardus soulvit residuum

[End of F1 [previously E1] (recto). F1 [previously E1] (verso) follows below.]

Roll F1 [previously E1] (verso)

Finis ----ij s.

Ad istam Curiam venit Henricus Hunte filius Guidonis Hunte & petit se admitti ad

pro duabus acris
Hunte redditus annuatim viijd
Finis c---ij s.

duas acras terre que nuper fuit Roberti Hollande qui quidem Henricus presens est

in Curia Cui dominus per Senescal^{lum} suum concessit ei inde sseisinam habendum & tenendum predictas

duas acras terre sibi heredibus & assignatibus suis ad voluntatem domini secundum

consuetudinem manerij per redditus & servicia inde debita & de Jure consueta & fecit domino

fidelitatem & Sic admissus est tenens & dat domino pro fine pro tale ingressu inde habendo c---ij s.

Finis ij s.

Ad Istam Curiam venit Willelmus Hunte filius Guidonis Hunte & petit se admitti

ad tres acras terre vocatas Goorelonde qui quidem Willelmus presens est in Curia

Cui dominus per Senescal^{lum} suum concessit ei inde sseisinam habendum & tenendum predictas tres

acras terre sibi heredibus & assignatibus suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem

manerij per redditus & cetera servicia inde debita & de Jure consueta & fecit domino fidelitatem

& Sic admissus est tenens & dat domino pro fine pro tale ingressu habendo c---ij s.

Finis X s.

Ad Istam Curiam venit Thomas Henley & petit se admitti ad sex acras terrae

pro sex acris terre
Henley redditus annuatim --ij^s
Finis c---X s.

centes in Nappes que nuper fuit Johannis Warrene qui quidem Thomas presens est in

Curia Cui dominus per Senescal^{lum} suum concessit ei inde sseisinam habendum & tenendum predictas sex

acras terrae sibi heredibus & assignatibus suis ad voluntatem domini secundum Consuetudinem

Manerij per redditus & servicia inde debita & de Jure consueta & fecit domino fidelitatem

& Sic admissus est tenens & dat domino pro fine pro tale ingressu habendo c----x s.

Ad Istam Curiam Testatum est per Senescal^{lum} quod quemdam reddicionem sibi factum est extra Curiam

per Henricum Knyghte & Thomam Knyghte de duabus acrarum terre iacentium apud le nappes quod
terre

fuit Elie Godson & unum Campum[^] vocatum frenchefelde & duas acras bosci iacentes in le napse quondam

Walteri Knyghtes prout patet in Rotulis Curiae gerens datum anni xxij^{do} Henrici vij^o [i.e. 22/8/1506 – 21/8/1507] ad Opus

Henrici Knyghte qui quidem Henricus presens est in Curia & petit se admitti ad predictas duas acras

terre & Campum predictum & predictas duas acras bosci Cui dominus per Senescal^{lum} suum ibidem concessit ei

inde seisinam habendum & tenendum predictas duas acras terre & Campum predictum & predictas duas acras

bosci sibi heredibus & assignatibus [suis] ad voluntatem domini secundum Consuetudinem manerij per redditus &

servicia inde debita & de Jure consueta & fecit domino fidelitatem & Sic admissus est tenens & dat

domino pro fine pro tale ingressu habendo [---blank]

Ad Istam Curiam venit Henricus Knyghte & petit se ad mitti ad unum mesuagium

trigintas acras terre ac unam dimidiam acram terre iacentes in le Apse & unam acram terre

vocatam Cannell Acre & dimidiam acram terre nuper[!] Simonis Dokkyng & accidit domino pro

hereito uno + Bove precij XX s Cui dominus per Senescal^{lum} suum concessit ei inde seisinam habendum

sibi heredibus & assignatibus suis ad voluntatem domini secundum Consuetudinem manerij per Redditus

& servicia inde debita & de Jure consueta & fecit domino fidelitatem & Sic admissus est

[After the opening 'Ad Istam Cu..' the whole of this paragraph has evidently been erased and then over-written in black ink. Although illegible, traces of the original text may still be seen.]

tenens & dat domino pro fine pro tale ingressu habendo [---blank]

Finis iij s. iij d.

Ad Istam Curiam venit idem Henricus Knyghte & petit licenciam dimittere omnia terra & tenementa sua in Dullewiche pro termino viginti annorum & pro tale licencia inde habendo dat domino pro fine c-----iij s iij d.

Johannes Legh miles Willelmus Challyner Thomas Webstar quia faciunt deffaltam sectae Curiae Ideo ipsi in misericordia quilibet ad c-----ij d.

	Ricardus Lane	-----	} Jurati
Affuratores	Henricus Ode		
	Henricus Dove	-----	

[End of Roll F1 [previously E1].]

N.B. The two slips shown, for Hunte and Henley, originally attached to the Roll in the positions indicated, have since I saw them in 1982 become detached. 'Ghost' impressions of the loose slips, each in a different position from its original, are shown by dotted lines.]